

à gratia habituali distinctam, præter auxilia aliqua particularia, quæ Deus decrevit dare tempore opportuno recipientibus debent sacramenta, nisi ponant obicem. Conclusio deducitur ex Scoto principis, nam postquam in 4. dist. 1. q. 4. & 5. docuit, sacramenta conferre gratiam habituale, seu sanctificantem; agens postea de sacramentis in particulari aliquos peculiare effectus singulis assignat, & gratias distinctas ab illa communi, quam omnia causant, quæ non important, nisi prædicta auxilia; agens enim de baptismo inquit, per gratiam nos regenerari, per Confirmationem vero nos roborari ad confitentiam constantem Christi fidei; per Ordinem dari gratiam dignè exequendi potestatem, & ministerium, & sic de aliis; unde concluditur, quod gratia, quam singula sacramenta addunt supra communem gratiam, quam omnia conferunt, consistit in auxiliis actualibus ad fines speciales iuvantibus, ob quos singula sacramenta sunt instituta.

338 Et probatur, quia his auxiliis homo indiget, & hæc maxime opportuna sunt ad proprios fines singulorum sacramentorum, ut patet discutendo per singula per Confirmationem specialiter conferuntur auxilia ad fortiter in fide perseverandum aliquo speciali modo, quæ non potest moraliter fieri per gratiam receptam beneficio baptismi, & penitentia; per Sacram. Eucharistia conferuntur subsidia ad perseverandum in gratia, & quibus fiat, ut non sentiamus tam magnas iniquas tentationes, quæ aliis experiri solent per Sacram. Ordinis dantur auxilia ad dignè adimplendam ministeria facta; per Sacram. Matrimonium ad sustinendam eius onera, & rectè prolem educandam. Per extremam unctionem conferuntur auxilia, quibus infirmus tentationibus in extremo vitæ occurrentibus, & quibus sanitate recuperet, si magis ad bonum animæ tendat, & hæc tota est D. Bernardi doctrina semel de Cena Domini, ubi inquit, Eucharistiam nobis tribuere, ut non sentiamus vehementes tentationes invidiæ, luxuriæ, iræ, Per baptismum tota pena remittitur, Per penitentiam in temporalem commutatur. Per Confirmationem datur robur ad resistendum tentationibus infidelitatis. Per matrimonium adiutorium ad pie degendam vitam conjugalem; ita dicitur ibi D. Bernardus.

339 Itaque gratia sacramentalis differt à gratia communis habituali ab omnibus sacramentis causata per ordinem ad peculiare effectus sacramentorum, ad quos præstandos ipsa communis ordinatur per specialia Dei auxilia in singulis sacramentis collata, quam doctrinam tradidit etiam D. Bonavent. 5. dist. 1. ar. 1. qu. 6. & 7. ar. 2. qu. 2. & in hoc sensu dicit solus, singula sacramenta conferre aliquam specialem gratiam, ratione cuius inter se diliguntur, quatenus quodlibet sacramentum conferat peculiarem gratiam ex vi sua distinctam à gratia alterius ratione peculiaris effectus. Verum tamen est, quod in communi modo loquendi gratia sacramentalis est quæcunque gratia, quæ per sacramenta conferuntur, unde quia gratia sanctificans per singula conferuntur, vocati potest gratia sacramentalis, quatenus per sacramenta conferuntur, & quia præterea ad gratia actualia auxilia per diversa sacramenta conferuntur, illa etiam gratia sacramentalis dici possunt, & debent.

340 Quoad secundam difficultatem, an sacramenta gratiam conferant in voto tantum suscepta, Baldus in sua Catholica Monarchia lib. 3. qu. 3. diff. 3. assertit, sacramentum esse tantum in voto, gratiam causare ex opere operato; quod probat, quia in nova lege quod sacramentum tantum in voto conferat ex opere operato gratiam, facit ad dignitatem sacramentorum nostræ legis, & eius commendationem ergo talis modus conferendi gratiam debet in illis admitti consequentia patet. Probatur assumptum, nam est est communis Theologorum sententia, quod adulti iustificantur per baptismum in re, vel in voto, & similiter per penitentiam, cum sacramentum suscipi non potest; at sacramentum in re susceptum conferat gratiam ex opere operato, licet sit dispositio ex parte suscipientis ergo per Sacram. in voto conferuntur gratia ex opere operato simul cum illa dispositione suscipientis. Constat, quia in probabili sententia, quæ supplet vicem baptismi in adultis, cum actu baptizari nequeunt, ut est martyrium, & perfectio ad Deum conversio, habent vim iustificandi, ex sacramento, quod est in voto, & desiderio, derivatum, ita ut Christus per sacramentum utroque modo susceptum operetur ergo debent præstare votum id, quod præstaret sacramentum in re susceptum, ergo ex opere operato, quia tantum loco sacramenti in re. Tandem, quia si ille iustificatur ex opere operantis ex sola contritione, & non ex vi sacramenti; ad quid habere ex præcepto votum sacramenti, ita ut absque tali voto tempore novæ legis contritio non iustificet?

341 Dicendum tamen est, cum communi, nullum sacramentum gratiam conferre ex opere operato, nisi actu susceptum; & hoc expressè colligitur ex Scriptura, in qua promissio conferendi gratiam ex opere operato semper fit sacramentis actu susceptis, ut quibus baptizatus fuerit, qui manducat carnem, quorum remissionis peccata, inquit, oleo. &c. Imo hoc idem colligitur ex vi vocis operari; nam opus operatum nil aliud significat, quam externam actionem sacramenti, ut applicatam ex debita intentione, & institutione Christi subiecto obicem non ponenti; at nulla obicem exterior sacramentalis intervenit in tali voto sacramen-

totum, quæ tunc applicetur habenti tale votum, & desiderium.

Respondent Baldus, sacramentum, quod est in voto, quatenus apprehensum à desiderante, esse opus operatum, quod vi desiderii applicatur, si non in re, saltem in voto; nam sacramentum, quod apprehenditur, & est obiectum talis desiderii, est quid externum, ut per se patet, & in voto applicatur de facto, & licet non fit præter secundum esse reale, fed tantum secundum esse apprehensum tamen aliquando erit reale, fed poterit esse; & cum sacramenta gratiam causent morali modo in probabili sententia, idcirco absque sacramenti, seu actus sacramentalis non impedit, quod minus conferatur gratia ex opere operato virtute illius sacramenti in voto. 342 Hæc tamen responsio tota in verbis consistit, & scilicet deservit, quomodo enim sacramentum, quatenus apprehensum est quid externum; & quomodo applicatur de facto, si solum habetur in voto; & in desiderio plane sacramentum gratiam conferre ex opere operato est illam conferre ex opere, seu actione sacramentali, prout exterius exercetur, quatenus signum institutum à Deo, non autem prout sola mente apprehenditur; ita ut etiam ille, cui tale signum applicatur, non mereatur ex parte sua, ad hæc gratiam consequatur, ut contingit in parulis. Confirmatur, quia si sacramenta voto tantum suscepta gratiam conferunt, ad hæc ex opere operato, alios quoque conferent effectus, quos conferunt, quando teipsa suscipiunt, cum non sit maior ratio de uno, quam de altero, qui autem saltem illi, quibus baptisus solo voto susceptus plane charactere non imprimitur, nec totam deest penam, imo nec gratiam conferit, si solo voto attritionis suscipiatur, uti illam conferit teipsa susceptus, signum evidens, gratiam conferri intuitu solius contritionis, ut includit propositum suscipiendi baptismum tempore opportuno; nec denique reliqua sacramenta iustificanti attritionis bona fide putantes se contritos, votum tantum suscepta.

343 Nec rationes in oppositum urgent; Ad 1. negatur assumptum, imo si sacramenta voto tantum suscepta gratiam conferunt ex opere operato, sicut quoad teipsa suscipiuntur, id potius esset in detrimentum dignitatis sacramentorum nostræ legis, etenim si tota sacramentorum gratia ex solo voto illorum potest haberi, merita carcerum esset postea illa actu suscipere, & non nisi præcepti servandi causa ad illa accederemus, ad probationem assumpti, quoad Theologi dicunt ad ultos per baptismum iustificari in re susceptum, vel saltem in voto, quod plane non asserunt, quasi eisdem modo gratiam conferant in voto suscepta, ac in re, nempe ex opere operato; sed quia contritio, ad cuius intuitum, & mensuram datur gratia extra sacramentum includit propositum sacramenti suscipiendi tempore suo; & in hoc sensu loquitur etiam Trid. sess. 13. cap. 8. cum inquit, Eucharistiam in voto susceptam suum fructum, & utilitatem conferre, debet enim intelligi de fructu, & utilitate non quidem respondentente sacramento ex opere operato, sed merito, & voto operantis.

344 Ad Confirmationem dico, saque supplet vicem baptismi in adultis, cum cum baptizari nequeunt, utique habere vim iustificandi ex sacramento, quod est in voto derivata, quæ enim si tunc iustificari volumus, tunc meritum contritionis elicere, qui illius propositum includat; unde sacramentum in voto susceptum dicitur iustificare, non quia ut sic susceptum gratiam conferat ex opere operato; sed quia contritio, ad cuius intuitum, & mensuram datur gratia, propositum includit suscipiendi sacramentum tempore suo, quo pacto sacramentum ad gratiam concurrat, non casualiter, sed terminative, ut concurrat cætera obiecta non hella. Dices, Martyrium in adultis gratiam conferre ex opere operato, & non nisi virtute baptismi, quem habent in voto. Negatur hoc assumptum, quoad secundam partem, si enim martyrium gratiam conferat ex opere operato, ut fert communior opinio, hoc habet ex singulari privilegio, etiam independentem à baptismo in voto, ut patet de Innocentius, quos Ecclesia colit, ut Martyres, hoc tamen interit esse martyrium adultorum, & patulorum, quod illud necessario consensum adulti requirit, non secus, ac sacramentum baptismi, ad gratiam conferat, hoc autem, ut gratiam infantem conferat nullum requirit consensum, nec infantis, cuius capax non est, nec alterius persone, sicut nec baptismus.

345 Ad ultimum dico, quod sicut in lege gratia non sunt superflua sacramenta in ordine ad conferendam gratiam sanctificantem, quamvis etiam extra sacramenta possint homines ex opere operantis talem gratiam adipisci, ita neque in contritione superfluit votum sacramenti, quando re ipsa suscipi non potest, quia per virtutem sacramentorum solet Deus abundantius gratiam largiri, ac etiam tali auxilia, quæ dare non solet incautus solus contritionis sine voto sacramenti, & ex solo opere operantis, unde propositum suscipiendi sacramenta tempore suo, quod debet ex præcepto esse contritionis annexum in lege nova, tantum abesse, ut virtutem contritionis in se diminuat; ut potius absque ulla proportione ampliaverit, quam fuerit tempore legis antiquæ.

ARTICULUS SECUNDUS.

An omnia sacramenta vim habeant conferendi primam gratiam.

346 Quoad præsentem difficultatem, dixerunt aliqui Theologi, quod quando omnia sacramenta dicuntur gratiam conferre, hoc debet intelligi de prima gratia sanctificante, & non de solo augmento gratiæ quod datur homini in statu gratiæ jâ existenti. Quapropter dicunt etiam sacramentum novæ legis secundum rationem genericam essentialiter habere, ut primam gratiæ conferat; sed tamen diversa sacramenta in sua ratione specifica alia habere, ut conferant primam gratiam, alia vero augmentum gratiæ tantum; quare ad propositam difficultatem dicunt omnia sacramenta ex sua ratione genericâ habere vim conferendi primam gratiam; quædam tamen ex sua ratione specifica talem vim non habere, sed tantum vim conferendi augmentum ejus; & talia sunt sacramenta vivorum, ut sunt Confirmatio, Eucharistia, & extrema Unctio, quæ ita dicunt, quia instituta sunt ad adiuvandos illos qui supponuntur iam vivere, quia spirituali per gratiam. Hic dicendi modus non placet, quia in bona logica differentia adveniendi generi debet illud pertinet. & non destruitur, ergo repugnat omnino sacramenta omnia secundum rationem genericam habere vim conferendi primam gratiæ, quibusdam vero id repugnat secundum rationem specificam, & differentiam; Tunc quia sacramenta non habent vim ad gratiam conferendam, nisi ex Christi institutione; at Christus nullam fecit genericam sacramentorum institutionem, sed omnia secundum rationem specificam instituit; ergo si ratione specificâ institutionis non omnia sacramenta primam gratiam conferunt, neque illi habebunt secundum rationem genericam.

347 Dicendum est itaque, non omnia sacramenta habere ex se, & ex vi sua institutionis primam gratiam conferre, sed quædâ principaliter instituta esse ad primam gratiam conferendam, sive iustificandam; peccato; quæ vero per se, & principaliter instituta ad conferendam secundam gratiæ, seu gratiam in augmento, atque ita sacramentum in communi, seu secundum rationem genericâ institutum esse ad conferendam gratiam absolute, abstractè ad primam, & secundam gratiam. Ita Scotus 4. d. 25. q. ubi de extrema Unctio inquit, nullum est dignè capace ejus, nisi sit in gratia, & addit, nullum sacramentum præter baptismum, & penitentiam esse remedium acquirendi gratiam, sed augendi, & idem habet 4. d. 9. quoniam loquens de sacramento Eucharistia. Conclusio est communis in omni schola, quæ sic probatur, & declaratur, nam quædâ sacramenta per se, & principaliter sunt instituta ad delendum peccatum originale, vel actuale, ut baptismus, & penitentia, quæ proinde ex vi sua, & propria institutione habent conferre primam gratiam, idcirco communiter sacramenta mortuorum appellari solent, quia nimirum sunt instituta ad prebandam vitam spirituales in eis qui spiritualiter per peccatum mortui erant. Alia vero sunt sacramenta per se, & principaliter instituta ad perficiendam magis animam, ut Confirmatio ad corroborandam animam, non enim corroboratur, nisi quod prius esse habet; & Eucharistia ad efficiendam eandem per modum cibi spiritualis; idcirco dicit solus sacramenta vivorum, quia supponunt per se loquendo, & juxta suam institutionem animam esse in gratiæ, quæ fit ut volent; sed hæc sacramenta vivorum accedere debent esse ita dispositi, ut saltem in sua conscientia, & extinctione supponant esse in statu gratiæ, quod non requiritur in accedentibus ad sacramentum baptismi, vel penitentia, quæ dicuntur sacramenta mortuorum.

348 Addendum tamen est, per accidens, & indirectè fieri posse ut sacramenta instituta ad conferendam primam gratiam, conferant augmentum gratiæ, & contra illa que sunt instituta ad augmentum gratiæ, conferant aliquando etiam primam gratiam; Ratio est, quia contingere potest esse una parte accedens ad gratiam, vel penitentia supponatur esse in gratia per actum perfectæ contritionis, in quo factè casu hæc duo sacramenta, aliquoquin per se ad primam gratiam conferendam instituta, conferent secundam, seu augmentum gratiæ; ita Scotus 4. dist. 4. q. 6. Ex alia parte potest etiam esse contra accedens, ut aliquis habens aliquod mortale oblitum, putans tamè bona fide, se esse in gratia, accedat cum contritione ad sacramentum aliquid vivorum, & tunc ex virtute talis sacramenti, aliquoquin ad solum gratiæ augmentum conferendum institutum, recipiat primam gratiam, & iustificetur à peccato; Ratio est, quia sacramenta omnia ex se vim habent conferendi gratiam, obicem non ponentibus, ex Trid. sess. 13. can. 6. & 7. fed homo bona fide accedens & cum tali saltem dispositione, cum qua per aliquid sacramentum gratiam recipere valeat, si non ponit obicem, qualiter se habet revera attritus de peccatis, quæ habet in statu peccati, sed tamen etiam dicit debet recipere primam gratiam in tali casu per sacramenta vivorum, modo inferitis explicando.

349 Specialis tamen difficultas est de sacramento Eucharistia, an valeat primam gratiam conferre, & peccati mortale remittere saltem per accidens, & indirectè modo jam explicato, in qua

non solum inter se divisi sunt Recitiores, sed etiam Nostrates de mente Doct. altercantes 4. dist. 9. quoniam. Negativam partem defendunt Vasqu. Metacius, Lugo, Morandus, & alii Recentiores, & ex nostris Centinus disp. 3. de Confirmatione, & Gavarius fuscus, & pro nostris disp. 12. de Sacramento. Euchar. qu. 1. 62. Affirmativam vero teneant alii committere tam Thomistæ, quam Scotistæ, ut Cajet. Capreol. Soto, Suarez, Valentia, Cominchius, Pefantius, Sylvius, Nugens, Caspensis, Orlandus, Amicus, Pasqualinus, Aversa, Baldus, & Summistæ passim, Diana, Palau, Bonacina, & ex nostris Poncius, Hiquens, Brancatus, Rada, Aretinus, & alii antiquiores; Et hæc quoque mihi amplectenda videntur, ut communior, & magis pia, ac magis de mente Doct. loc. cit. ubi de secundo dico, in fine habet hæc formalia verba, imò si que alia peccata lateant, per istud sacramentum etiam remittuntur, quæ verba nimis patenter eludere videntur Gavarius disp. cit. n. 51. dicit inquit verba illa non esse Scoti, sed addita, non enim novum est, in littera Scoti multas additiones inveniri, quæ non sunt Scoti. Hæc inquam, est mera illusio, & nuga, nam ita dici posset de quacunque alia Scoti auctoritate adducta, & licet in littera Scoti nonnullæ sint additiones, illæ tamen à Marginis signari solent, ut tales; quod in prædicta auctoritate non invenitur.

350 Dicendum est itaque, etiam hoc sacramentum in aliquo casu, & per accidens posse primam gratiam conferre, & remissionem peccati mortalis suscipienti ipsam; casus autem ita communiter proponi solet ab Auctoribus nostræ sententia, quando in mirum aliquis ad communionem accederet cum attritione, & ex obligatione inculpabili confessionem omitteret aliquid peccati mortalis; at bene Poncius hic notat disp. 44. qu. 10. tam hunc non esse sufficientem ad propositum, nisi aliquid alia circumstantia addatur; nam qui prepararet se ad communionem confitendo peccata, quæ in mentem venissent, & de his sufficientem attritionem haberet, potius dicendus esset recipere primam gratiam mediante sacramento penitentia, quod per se ad hoc est ordinatum, quam virtute Eucharistia per se instituta ad conferendum tantum gratiæ augmentum, ut bene inquit Centinus loc. cit. Quare casus directè faciendus ad propositum esset, inquit Poncius, quando quis oblitus, se commississe peccatum ullum mortale ad hoc sacramentum accederet sine confessione, ut in sacerdotibus contingere potest, qui non semper confitentur, dum celebrare volunt, nisi sint sibi conscius peccati mortalis; alii facultates confessionem præmittere solent, antequam ad communionem accedant.

351 Probatur itaque conclusio, quia in casu posito Sacerdos ille bona fide sumens Eucharistiam, nullam habens conscientiam peccati mortalis, & putans in vincibiliter se esse in gratia, eo quod factè diligenti examine nullus peccati recordatur, vel si recordatur non habet copiam Confessoris, habet actum, quem putat contritionis, cum re vera non sit nisi attritio, iste, inquam, cum tali dispositione sumens Eucharistiam verè accedit dignè, & sine obicere ergo verè recipit gratiam hujus sacramenti; Consequentia probatur, quia ex Trid. cit. omnia sacramenta semper gratiam conferunt omnibus illa dignè suscipientibus, & sine obice; in casu autem posito ille tollit obicem peccati per actum attritionis, quæ re vera habet, qui actus sufficienter est ad sacramentum teipsa suscepto ad gratiam recipiendam, Neque dicas, hunc recepturum gratiam, & remissionem peccati mortalis ex vi contritionis, & ex penitentia interiori, seu penitentia in voto, & quibus merito reconciliatur Deo, non autem per sacramentum Eucharistia. Hæc, inquam, valet re ad supponendum Eucharistia cum actu vero contritionis, sed cum actu, quem putat contritionis, cum re vera non sit, nisi attritio; hoc est, accedere cum attritione putata contritione; hæc autem attritio non sufficit ad gratiam recipiendam cum sacramentum factum in voto, sed teipsa suscepto; & idcirco hæc peccati remissio in casu posito non potest haberi virtute sacramenti penitentia, quod habetur tantum in voto, sed sacramenti Eucharistia, quod reipsa suscipitur. Non ergo hæc virtus negari debet huius sacramenti non ponentibus obicem, & accedentibus bona fide, sicut accedunt præcipue illi, qui suorum peccatorum in memores potius diligenter eorum discussionem accedunt cum attritione supernaturali, vel etiam si memores peccatorum, accedunt cum attritione excelsimata contritione; nam si accederent cum attritione cognita tali non dignè accederent, sed peccatum sacrilegiè committerent.

352 Confirmatur, quia hoc peculiariter spectare videtur ad huius sacramenti excellentiam, & dignitatem, ut talem effectum fortiori aliquando saltem in iis, qui bona fide accedunt, nec ullum gratiæ impedimentum ponit; Et quidem si hoc privilegium aliis sacramentis conceditur, plane sacramento Eucharistia denegandum non est, in quo substantialiter, & realiter Christus Dominus continetur auctor, & fons omnis gratiæ. Imò id satis expressè videtur innuere Trid. sess. 13. can. 5. cum inquit, si quis dixerit, vel principium fructum huius sacramenti esse remissionem peccatorum, vel ex eo non alios effectus provenire, anathema sit; quibus verbis absolute non negat, remissionem etiam peccatorum esse huius sacramenti fructum, sed tantum negat, esse præcipuum, & principalem, tacite con-

concedens esse eius effectum saltem secundarium, & per accidens, quod etiam indicat Ecclesia in illa oratione: *in nobis ablutio scelerum, sit remissio omnium delictorum.*

353 Resp. huiusmodi accedentem ad Eucharistiam attritum ponere obicem ob peccatum commissum, quia nemo enim attritio de peccatis commissis tollit obiectum respectu sacramenti baptismi, & penitentiae, quae ad deletionem peccati mortalis sunt instituta, ad hoc enim sufficit attritio, non tamen respectu sacramenti Eucharistiae, quod ad augendum gratiam, non vero ad delendum peccatum est ordinatum; ad hoc enim digne suscipiendum necesse est recipientem, vel per sacramentalem confessionem, vel ad minus per contritionem esse extra statum peccati, & in gratia. Ad Conf. autem ad productionem primae gratiae non satis esse, quod in hoc Sacramento contineatur auctor omnis gratiae, sed insuper attendendus est modus, quod illud instituitur, ut causativum gratiae, cum nullum sacramentum illam causat supra sui institutionem, at hoc sacramentum est institutum tantum, ut sacramentum vivorum, quia institutum est per modum refectionis. Ad auctoritatem Concilii Trid. dicitur, illum locum, vel intelligendum esse de Eucharistia, ut sacrificium est, quod modo utique impetrat remissionem peccatorum mortaliu, vel de eadem ut sacramentum est in ordine ad peccata venialia, sed ad pravos effectus, qui remanent post peccata.

354 Hic tamen solutio non satisfacit, quia idem est obex respectu gratiae, & omnium sacramentorum, nempe peccatum, quod actu committitur, vel quod cognitum non retractatur, sed de eo habetur contentia in receptione sacramenti: at in casu postea recipies Eucharistiam esse actu peccatum commisit, nec sibi coplacet de preterito, cum illud invincibiliter ignoret, & bona fide accedat putans se innocentem: ergo se accedens ad Eucharistiam nullum ponit obicem, nisi profus materiale: quod si sit memor peccatorum, nec copiam Confessoris habeat, supponimus, quod accedat cum attritione existimata contritione, non autem cognita, ut tali, nam utique simplex attritio, & cognita, ut talis, non est sufficiens dispositio ad recipiendum Eucharistiae sacramentum. Neque valet solutio ad Conf. nam etiam baptismus, & penitentia sunt per se instituta ad causandam primam gratiam; & tamen hoc non obstante continent augmentum gratiae, qui in gratia accedunt ad illa, & sine peccato; & hoc afferunt quoque Adversarii ex hoc solo motivo, quod sacramenta semper causant gratiam in non ponente obicem: at idem motivum est in casu nostro de Sacramento Eucharistiae; sicut ergo illa sacramenta nata sunt primam gratiam conferre ex primaria eorum institutione, & hoc non obstante sepe etiam conferunt augmentum gratiae per accidens, non sicut accedens in gratia, & iustitia, sic etiam non obstante huius sacramenti institutione ad dandum augmentum gratiae solum, non autem primam gratiam, potest in casibus adductis saltem per accidens, ratione scilicet dispositionis recipientis primam gratiam, & remissionem peccatorum mortaliu causare.

355 Resp. Gavatus *loc. cit.* cum Card. de Lugo negando pariter, quia sacramenta mortuorum tantum possunt aliquando conferre augmentum gratiae, in quantum duo effectus illi correspondent ex eorum institutione, nempe delere peccatum, & gratiam conferre non ponent obicem; at sacramenta vivorum, praesertim Eucharistia, cum non sint instituta ad delendum peccatum mortale, sed solum ad augendum gratiam, nempe ad nutriendam animam loquendo in specie de Eucharistia, nunquam possunt primam gratiam conferre, & peccatum mortale delere. Verum hoc totum gratis omnino dicitur, quod, scilicet, Eucharistia ad hunc effectum tantum sit instituta, & quod alios effectus non possit aliquando habere, ut inquit Card. de Lugo *disp. 12. de Euchar. sec. 3. n. 10.* quamvis enim hoc sacramentum ex vi suae institutionis, & ex primaria intentione Dei, & Christi solum sit institutum ad dandum gratiae augmentum, secundaria tamen intentione institutum quoque fuit ad dandum aliquando primam gratiam, & remissionem peccati mortalis per accidens, scilicet, in casibus postea, quando nimirum quis accedit ad hoc sacramentum credens invincibiliter, se peccato mortali carete, & alius habet attritionem de commissis. Nec tandem valet explicatio allata Concilii Trid. ut enim constat ex verbis eius citatis, loquitur ibi de Eucharistia, non tantum, ut sacrificium, sed praecipue, ut sacramentum; Et Ecclesia in oratione citata inquit, hoc sacramentum remissionem conferre obicem non ponentibus, non tantum venialium, sed univrsaliter omnium delictorum.

Objectiones Soluatae.

356 In opposito obijciunt. Primum, quia non est tribuendum sacramentis, quod ex sacra Scriptura, vel Ecclesiae definitione, aut Patrum traditione non constat, cum tota sacramentorum efficacia ex sola voluntate Dei dependeat; sed quod Eucharistia conferat in aliquo casu primam gratiam, aut remissionem peccati mortalis non constat ex aliquo ex praedictis fundamentis, ergo &c. Tum 2. quia hoc sacramentum ex vi suae institutionis solum est institutum ad dandum gratiae augmentum, ergo in nullo casu primam gratiam conferre potest; probatur consequentia, quia quae

do alicui causa per se competat aliquem effectum producere, non potest neque per accidens producere contrarium. Tum 3. quia si hoc competeret Eucharistiae, vel aliis sacramentis vivorum, vel coepeteret per se, vel per accidens, non primum, quia alius semper coepeteret, neque secundum, quia competet praeter Christi intentionem. Tum 4. hoc sacramentum fuit institutum per modum cibi, & potus, ac proinde non pro mortuis, sed pro vivis; ergo sicut corporeus nequit causare generationem, vel resurrectionem viventis, sed tantum conservationem, & augmentum eius; ita neque cibis spiritualis, quale est hoc sacramentum, poterit causare generationem, aut resurrectionem spirituales hominis sed tantum augmentum vitae spiritualis. Tum 5. quia prima gratia differt a secunda, quia involvit remissionem peccati: ergo non possunt neque per accidens ad illam se extendere sacramenta vivorum, sicut nec visus potest per accidens ad obiectum intelligibile se extendere. Tum 6. quia ex nostra opinione sequitur, Eucharistiam non tantum esse sacramentum vivorum, sed etiam mortuorum, ac proinde confunditur distinctio illa ab omnibus repta de sacramentis vivorum, & mortuorum. Tum tandem, quia si hoc sacramentum causat primam gratiam in accedente cum attritione, puta contritione, causat etiam in accedente cum attritione cognita, quod est falsum; probatur sequela majoris; ideò causat cum attritione puta contritione, quia sacramenta sunt instituta ad causandam gratiam in non ponentibus obicem; sed hoc totum habetur, quia visus attritio non patetur contritio si alium non obicit, ut patet in Sacramento baptismi, & penitentiae; ergo &c.

377 Respondetur negando minorem, nam quod sacramentum Eucharistiae primam gratiam conferat, & peccati mortalis remissionem, colligitur verbis probabiliter, tum ex testimonio Concilii Trid. citato, tum ex verbis Ecclesiae in quadam oratione relatis n. 352, tum ex multis Patribus, qui loquentes de Sacramento Eucharistiae dicunt conferre remissionem peccatorum, qui accedit, & sententia communior Doctorum se tenens, quae non est parvi momenti, & facit hanc sententiam probabiliorē. Ad 2. sicut baptismus, & penitentia, quamvis ex primaria institutione vim habeant primam gratiam conferendi, ex secundaria tamen vim habent etiam conferendi augmentum gratiae in quibusdam casibus; ita et contra pariter dicendum est de hoc Sacramento, quod ex secunda Dei intentione vim habeat conferendi per accidens primam gratiam in quibusdam casibus, & sicut Adversarii dicunt divina bonitatem congruere, ut baptismus etiam in iustificato, & obicem non ponente causet effectum suum, ita non etiam dicimus eandem divinam bonitatem congruere, ut homini de aliquo peccato inculcabiliter obliato, & bona fide accedenti Eucharistia gratiam conferat; imò hoc magis necessarium est humana naturae in tali casu quia remanet sine remedio, quam afferre baptismum, & penitentiam habere posse effectum suum in iustificato, quia in tali casu tanta necessitas non adest, quare ad argumentum negatur consequentia cum probatione, quia quando etiam esset verum in naturalibus, quando alicui cause competit per se producere effectum suum, non posse neque per accidens producere contrarium, quod tamen non conceditur; in supernaturalibus tamen, & moralibus potest id evenire; neque productio primae gratiae est effectus contrarius productioni secundae proprie loquendo.

358 Ad 3. dicimus hunc effectum Eucharistiae coepetere per accidens, non quia fortuito, & absque consilio divino, sed quia ei non coepetit ex vi suae institutionis, & ex primaria Dei intentione, sed tantum secundaria, & quia regulariter hunc effectum non facit. Ad 4. hoc est discrimen inter Eucharistiam, & cibum corporealem quod hic vitam non habet in semetipso, ideoque nequit vitam tribuere, nisi quatenus per actionem viventis in substantia alicui convertitur; at Eucharistia habet in se vitam, & virtute sua propria convertitur in se manducantem, non e contra, ut inquit Augustinus, *crede, & manducabis me, non me convertens in te, sed te convertens in me*; ac proinde non est mitum, si non tantum possit vitam spirituales animae conservare, sed etiam in aliquo casu ea aliquando primo conferat. Ad 5. negatur paritas, quia visibile, quod est obiectum proprium visus, essentialiter differt ab intelligibili, quod est obiectum intellectus; at prima gratia non differt a secunda intrinsece, & essentialiter in ipsa gratia entitate, sed extrinsece ratione cōnotativa; prima enim dicitur, quia aliam non supponit, secunda vero, quia alia supponit; sicut primus calor dicitur, qui primo introducit in subiecto, & secundus, qui alii supponit in subiecto, licet alioquin omnes sint homogenei, & eisdem rationis, & qui modo est effectus potuerit esse primus, si primo introducus fuisset in subiecto, & e contra; Nec refert, quod prima gratia dicitur peccati remissiva, quia hoc non est peculiare gratiae, quae dicitur prima, sed commune omni gratiae; habet enim hoc quaelibet gratia ex hoc, quod est amicitia, & filiatio Dei ad prava. Ad 6. negatur consequentia, nam quoad modum etiam per Adversarios baptismus, & penitentia, quamvis per se sint sacramenta mortuorum, ad huc possunt esse vivorum in aliquo casu, absque confusione illius distinctionis, quia hoc eis convenit tantum per accidens, ita in proposito eadem ratio non confunditur illa distinctio, quae dicimus, Eucharistiae esse per se, & ex

& ex primaria institutione sacramentum vivorum, & tantum per accidens mortuorum, modo jam explicato. 359 Ad ultimum negatur sequela maioris, ad probationem dico, hoc esse discrimen inter Eucharistiam ex una parte, & baptismum, ac penitentiam ex alia, quod hec duo cum ex satisfactione specifica sint ordinata ad remittenda peccata mortalia, ut quis dicatur, bona fide ad illa accedere, satis est, si habeat attritionem; At Eucharistia, quia id habet ex ratione tantum generis, non autem specifica ut quis ad eam bona fide dicatur accedere, non satis est habere attritionem, sed necessaria est contritio, vel in re, vel in prudenti estimatione, unde in recipiendis illis duobus sacramentis potest quis accedere cum conscientia peccati mortalis, non autem in sumptione Eucharistiae, ad nullum tamen ex illis potest quis accedere cum affectu peccati mortalis. Dices, ignorantia non facit hominem magis dispositum ad effectum gratiae, sed quando quis putat se esse contritum, cum sit attritus, hoc oritur ex ignorantia; ergo non est magis dispositus, quam ille, qui est tantum attritus, & cognoscit, se esse attritum, at hic non est sufficienter dispositus ad effectum Eucharistiae, ergo nec ille. Resp. quod licet ignorantia non faciat hominem magis dispositum positive, facit tamen negative, nimirum ut accedat minus indipotens, quia excusat illum a peccato actuali, ne indignè accedat ad hoc sacramentum. Dices cum Gavatio, si dignè accedit ad sacramentum, ergo dignus est, & consequenter praesupponitur in gratia. Negatur consequentia, quia dignè accedit ad sacramentum negative tantum, quatenus ignorantia excusat eum a peccato, non autem positive.

ARTICULUS TERTIUS.

Quae sacramenta sint necessaria necessitate medi, quae vero praecipi.

360 Duplex solent Theologi praesertim Recentiores distinguere necessitates respectu salutis, seu vitae aeternae, nempe alteram praecipue dixi lib. 3. sent. disp. 6. de Virtutibus, Theolog. q. 15. illud dicit necessarium necessitate medi, quod secundum legem ordinariam ita necessarium est, ut sine illo salus obtineri non possit, & quo praetermissio, etiam si ex ignorantia, vel oblivione praetermittatur, salus non obtinetur, huiusmodi est gratia iustificans, haec enim est medi necessarium ad consequendam beatitudinem secundum legem Dei ordinariam. Necessarii vero necessitate praecipi dicitur illud, quod oblata opportunitate necessitate praestandum est ad salutem obtinendam, nisi forte praetermittatur ex ignorantia, vel impotencia, vel oblivione, nam quod sic praetermittitur, non imputatur ad culpam, & consequenter non impedit glorie consecutionem, modo necessarium sit tantum necessitate praecipi.

Tota itaque huius questionis difficultas consistit in recta intelligentia, & explicatione praefatae distinctionis, etenim nonnulli ex nostris hac praesertim de causa eam omnino damnant, & respuunt primum tantquam prorsus incognitam antiquis Scholasticorum procedentibus, scilicet, Divo Thomas, & Scoto, qui de Sacram. necessitate loquentes, illam in necessitate simpliciter, & ad bene, fidei, & salutis esse diversiter, nec aliam agnovissent necessitatem. Deinde, quia membra huius distinctionis nullo modo sunt inter se contradictoria; cum enim omne medium ad salutem sit etiam praecipuum, & omne praecipuum sit medium ad salutem consequendam, consequenter fit, nihil esse necessarium necessitate medi, quod etiam non sit necessitate praecipi necessarium, & e contra, ita Branc. d. 6. de necessitate sacramentorum art. 2. & ante ipsum Vulpes tom. 2. p. 3. d. 35. art. 3. cuius obiectionibus iam factum est loc. cit.

301 Verum cum haec distinctio iam sit in omnibus Scholis passibiliter recepta, non est sine gravi ratione, vel auctoritate relicta, & praesertim, quia falsum est, huiusmodi distinctionem fuisse Scholasticorum procedentibus incognitam, sicut enim optimè nota primis S. Theolog. Magistris, Alexandro Alesii, D. Thomae, D. Bonaven. & Scoti, & professo ostendit Gavatus nosse d. 10. de necessitate Eucharistiae cap. 1. Tum quia illa distinctio in necessarium simpliciter, & secundum quid absolute sumpta, & prout sonat ex ipsa terminorum intelligentia, non quadrat in proposito ad explicandam Sacram. necessitatem ad salutem, quia necessarium simpliciter ex vi vocabuli importat necessitatem ex natura rei, & physicam; at nullum sacramentum hoc modo necessarium est ad salutem, sed tantum ex institutione divina; quapropter Branc. loc. cit. inquit, per necessitatem simpliciter in praefata distinctione non debere intelligi necessitatem ex natura rei, & physicam, sed tantum ex suppositione legis, & moralis; quod quidem videtur vocabulorum abusus, quia necessarium simpliciter, & necessarium ex suppositione in communi modo loquendi sunt membra contradictoria omnino, adeo, quod est necessarium ex suppositione tantum dicitur necessarium secundum quid tantum, & non simpliciter. Tum tandem quia etiam in hoc sensu explicata necessitate simpliciter, adhuc illa divisio non est adaequata, & sufficiens pro omnibus Sacram. Eucharistia non est necessaria simpliciter ad salutem, ut omnino concedunt, quia parvuli de facto absque hoc Sacramento salvantur, nec est necessaria tantum secundum quid, hoc est, ad be-

ad illud Quart. Sentent.

ne esse, quia est necessaria necessitate praecipi, tam divini, quam Ecclesiastici, ut postea dicemus.

362 Respondet Brancatus art. 2. in fine, non teneri fideles ad Eucharistiam divino praeccepto, sed Ecclesiastico tantum, & semel in anno; data enim opportunitate possent quis extra casum legis, vel ex devotione, vel ex alio motivo non sumere illam, dummodo non cōtemnat, at data opportunitate nullo ex motivo potest relinquere baptismum, nec adultus penitentiam, si sit in peccato. At licet hec responsio salvet, Eucharistiam non esse necessariam simpliciter ad salutem, sicut est baptismus pro omnibus, & penitentia pro adultis; non tamen salvat, esse necessariam tantum secundum quid, ut dici solet de Confirmatione, & extrema unctione; nam si quis tempore Paschatis non communicat, mortaliter peccat, & damnatur, si impoenitens moriatur: qui vero in articulo mortis, etiam habita opportunitate, extremam unctionem non suscipit, non peccat mortaliter, si non ad se contemptus; imò si aliud non adest impedimentum, salvatur: ex quo igitur capite procedit, ut ex omissione Eucharistiae deperdat gratiam, si non sumitur tempore debito, non tamen ex omissione extremae unctionis certe non ex alio capite, nisi quia Eucharistia est necessaria pro opportunitate temporis necessitate praecipi divini, & Ecclesiastici, non autem extremae unctionis.

363 Denique falsum est, membra illius distinctionis necessitates medi, & praecipi penitus coincidere, licet enim non distinguantur, tamen duo membra penitus disparata; distinguuntur tamen, veluti includens, & includum, quod sufficit, ne penitus convertantur, & quidem, quod cōvertantur, ex eo cōstat, quia ut modo dicebamus, Eucharistia non est necessaria necessitate medi ad salutem, licet autem necessaria necessitate praecipi, & sacramenti baptismi, licet sit omnibus necessarium necessitate medi, non solum adultis, sed etiam parvulis, non tamen uniformiter, illis enim necessarii est necessitate, tam medi, quam praecipi, istis vero necessitate medi tantum, quia parvuli non sunt praecipi capaces, unde media ad salutem simpliciter necessaria licet sint praecipi respectu illorum, qui sunt praecipi capaces, non tamen respectu omnium infantes enim non tenentur praecipi baptismi, nec damnantur ob transgressionem praecipi, sed propter culpam originalem, quae remanet non deleta; ergo necessitas medi, & praecipi non convertuntur.

Dices, ipsa observatio praeciptorum Dei est medium ad salutem necessarium, ergo necessitas praecipi non differt a necessitate medi, sed prorsus coincidunt, quia omnia media necessaria ad salutem sunt praecipi, & e contra ipsa praeciptorum observatio est medium ad salutem necessarium.

Respondeo cum Vasquez, Beccano, Caspensi, & Scalis, quod esse generatim loquendo praeciptorum observatio in communi modo loquendi dici solet quoddam medium ad salutem necessarium, quatenus qui non observat praecipi, salvari non potest, attamen quando spectat in se, est sermo de necessitate medi, quatenus distinguitur a necessitate praecipi, certum est, praeciptorum observantiam non esse necessariam necessitate medi, & ratio est, quia hoc proprie vocatur necessitate medi necessarium, quod positive, sive per positivum influxum concurret ad salutem, quo pacto gratia praevientis, baptismus, dolor de peccatis, & similia positive cōcurrunt ad iustificationem; Observatio autem praeciptorum praesertim sumpta, quatenus talis est, non concurret positive, sed negative, quia saltem efficit, ne impediatur, aut deperdat iustificationem. Unde qui obligant in ratione praecipi, solum negative cōcurrunt ad finis supernaturalis consecutionem, & per modum removens prohibens, & gr. auditio facti in die facti intantum est necessaria ad salutem, in quantum peccatum mortale impedit consecutionem vitae aeternae, & auditio facti removeret peccatum, quod committeret, quod facti non audiret; Quod si observatio praecipi intertendit ad meritum augumentum gratiae, hoc non habet ex se, quia talis est, sed quatenus in homine iusto coniuncta est cum gratia, & charitate.

364 Hinc deducitur, potiorerem modum explicandi utramque necessitatem esse, quem iam tradidimus lib. 3. disp. 6. q. 15. cit. ut e communiorem in Scholis, quod nempe illud est necessarium necessitate medi, quod est omnino per se necessarium ad gloria consecutionem, ideoque ab antiquioribus Theologis necessarium simpliciter appellabatur, sic status gratiae dicitur necessarius ad gloriam, quatenus sine illa de lege Dei ordinaria gloria nullo modo potest obtineri. Necessarii vero necessitate praecipi solum est necessarium quasi per accidens, quia tantum se habet ut removens prohibens, quatenus, scilicet, praecipi implendo tollitur peccatum, quod glorie consecutionem impeditere poterat, distinguendo statum gratiae, quod est simpliciter ad eam necessarium; Ex quo dicebamus, aliud subinde inter illas duas necessitates oriri discrimen, quod necessarii primo modo adest est necessarium in ordine ad salutem, ut sine illo obtineri non possit, etiam si ad sit ignorantia invincibilis, vel impotencia ut dicebamus de baptismo respectu parvulorum, & penitentia respectu adultorum. Quod vero necessarium est secundo modo duntaxat, cum sit solum quasi per accidens necessarium, praetermittatur ob ignorantiam, vel impotenciam, non impedit glorie consecutionem, quia in tali casu non imputatur ad culpam, v. gr. quia ieiunium solum est necessarium a necessitate praecipi, si quis non jejundet, vel ob impo-

F tentiam,

ventiam: vel ob ignorantiam præcepti inculpabilem, excusabitur à peccato, ac proinde glorie consecutionem non impedit.

Dices: ignorantia invincibilis cuiuscunque obiecti semper ab omni culpa excusat; sed dari potest ignorantia invincibilis omnium sacramentorum; ergo excusaret ignorantem à culpa, & ideo penes excusationem à culpa non bene videtur discriminati necessitatem præcepti à necessitate medi.

Respondent nonnulli negando minorem, quod dari possit ignorantia invincibilis omnium sacramentorum, quia sufficienter lex Christi est promulgata; sed quia hoc difficultate non caret, quicquid sit de minori, neganda est ultima consequentia; quoniam in vincibiliter necessitate medi ignorare non damnaretur ob eius omissionem, sed ob peccatum, quod per tale medium delendum erat; unde qui omittit baptismum v. g. five ob ignorantiam invincibilem, five ob aliquam impossibilitatem, damnaretur, non quidem ob transgressionem præcepti, aut omissionem talis medi culpabilem, sed propter culpam originalem, quæ ob omissionem baptismi remaneret.

365 Hæc præmissa doctrina pro terminorum declaratione, & modo loquendi ad questionis resolutionem descendimus, & dicimus cum Scoto pluribus in locis, quedam sacramenta esse simpliciter omnibus necessaria juxta modum loquendi veterum Scholasticorum, vel esse necessaria necessitate medi juxta modum loquendi Recentiorum; aut baptismum quædam verò esse simpliciter necessaria, non tamen omnibus, ut Penitentia, quæ solis adultis peccatoribus esse necessaria, quædam tandem simpliciter necessaria toti Ecclesie communitati, non determinando personas, sed vagantur Ordo, & Matrimonium; cetera autem non esse simpliciter necessaria, quia sine illis salvantur innumeri, ut sine Confirmatione, & extrema Unctione, quæ utilia quidem sunt, & Communitati, & particularibus, sed nulli simpliciter necessaria, cum solum obligent ad non contemnendum, ut inquit Doctor 4. dist. 7. quæst. 2. Declarat, & probat asserum per singulas partes, nam sacramenta Baptismi, & Penitentia ad primam gratiam conferendam sunt instituta, baptismus quidem simpliciter pro culpa originali delenda in omnibus, sacramentum verò penitentia pro actuali delenda in adultis, si post susceptum baptismum illos peccare cogerint, sed gloria haberi nequit sine prima gratia; ergo hæc duo sacramenta sunt necessaria simpliciter, seu necessitate medi præfato modo explicata.

366 Dices, si quis ante susceptum baptismum eliciens actum contritionis aut dilectionis Dei super omnia moriatur, salvabitur, & idem dicendum de eo, qui post susceptum baptismum peccasset, ergo hæc sacramenta non sunt simpliciter necessaria, seu necessitate medi. Respondet, istos in prædictis casibus salvari, quia prædicta sacramenta habent in voto, & desiderio suscipiendi, & suscipiendi de facto, si possent; sic enim disposuit suavis providentia Dei, ut cum prædicta duo sacramenta sint simpliciter necessaria, quando nequeunt suscipi in re, sufficiant in voto, vel in aliquo æquivalenti, si votum non habet locum, ut in parvulo, cui sufficit martyrium, si baptismum suscipere nequit, quod baptismus sanguinis dici solet. Dices, dato casu, quod aliquis hæc sacramenta invincibiliter ignoraret, tunc utique illa in voto habere nequibus, habere siquidem in voto aliqua supponit illius cognitionem, quod dicitur haberi in voto. Respondet admisso illo casu, quem aliqui negant, quod si ille bene moraliter viveret, & legem nature servaret, Deum per Angelum, vel alio modo illum instructurum, ut ait Doctor quæst. 1. prologi de enutrito in sylvis; Vel quod ille prædictorum sacramentorum votum haberet saltem implentem, quatenus promptus esset ad exequendum, quicquid Deus præciperet, alioquin perfectum contritionis actum non haberet, aut dilectionis Dei super omnia; siquidem qui efficaciter vult aliqui de ipso supponitur omnia velle, quæ sunt illi connexa, explicite tamen quæ novit esse annexa, implicite verò, quæ ignorat; hoc enim exigite natura connexorum.

367 Dices rursus, non minus in contritione, ut sit medium iustificans, involvitur votum testandi, & quodcumque aliud præceptum adimplendum, quæ baptismum recipiendi; ergo si necessarium necessitate medi est id, quod in re, vel in voto ad iustificationem requiritur, non minus testandi, jejuniis, & huiusmodi, quæ baptismus & penitentia erunt necessaria necessitate medi. Consequenter patet, quia baptismus dicitur necessariis necessitate medi, quia sine ipso in re, vel in voto non potest haberi gratia iustificans. Hanc difficultatem ait Gavarius disp. 10. cit. quæst. 1. art. 1. n. 74. non esse parvi momenti, & variis Recentiorum adducit solutiones, quas ibidem respicit breviter tamen dicendum est, quod licet ad illud, quod dicitur necessariis necessitate medi requiratur, quod sine ipso, vel in re, vel in voto salus obtineri non possit;

hoc tamen non sufficit, sed ulterius requiritur, quod per se, & positive in iustificationem insinat, modo jam explicato nu. 363. & non tantum per accidens, & per modum removens prohibens; quod in proposito de restitutione, jejuniis, & aliis præceptis minime verificatur, sicut enim restitutio in re, vel jejuniis non concurrunt ad iustificationem, ut mediis positive influens, sed tantum ut removens prohibens, nempe peccatum, quod ex transgressione præcepti restitutionis contraheretur; sic nec votum ejus positive concurrat, sive ut medium quod ad iustificationem, & ideo ad argumentum neganda est consequentia cum ejus probatione, tanquam insufficienti, quam responsum pro hujus difficultatis solutione coactus est Gavarius ipse adhibere in fine art. cit. quamvis eam paulo supra confutasset num. 78.

368 Deinde, quod quedam sacramenta sint toti Ecclesie Communitati simpliciter necessaria, non determinando personas, ut sacramenta Ordinis, & Matrimonii factis de se constat, quia nequeunt homines saltem consequi, nisi aliqua sacramenta recipient; & hæc autem nequeunt consecrari, & ministrari, nisi à Sacerdotibus, & personis Deo factis; ergo simpliciter est necessarium sacramentum Ordinis, per quod homines sunt Dei Ministri. Sic etiam de Sacramento Matrimonii dicendum est, quia in tota Ecclesia propagatio generis humani debet dari, ad quod extat præceptum naturale; contractus autem Matrimonii ad esse sacramenti à Christo est elevatus in lege nova; ergo etiam sacramentum Matrimonii est simpliciter necessarium in Ecclesia Dei vagæ, & indefinitæ, itaut aliqui ex tota Communitate debeant illa sacramenta sumere, licet nullus in particulari teneatur.

369 Quod verò sacramenta Confirmationis, & extreme Unctionis non sint necessaria necessitate medi, neque præcepti; patet, quia cum sint sacramenta vivorum, & instituta ad danda secundam gratiam, fide gratia augmentum, apertè deducitur, non esse necessaria necessitate medi, quia augmentum gratie non est medium ad salutem simpliciter necessarium, cum sine illo salus haberi possit. Neque etiam sunt necessaria necessitate præcepti, quia de illis nullum extat præceptum, ut ait Doctor loc. cit. d. 7. q. 1. sed solum obligant ad non contemnendum, quæ ad summum dici possunt necessaria necessitate secundum quid, hoc est, utilia, cum enim per ipsa conferatur gratia, & sint instituta ad particularem finem in salutem hominis viatoris, non est dubitandum, quin sint maxime utilia, & proficua ad eandem salutem obtinendam.

370 Denique Eucharistia sacramentum est necessarium dicitur, quia necessitate præcepti, ut constat ex Trident. sess. 13. can. 9. ubi damnatur, quicumque dixerit, homines non teneri ex præcepto sanctæ Ecclesie in festis Paschalis habere communicari statim, ac ad usum rationis pervenerint. Est tamen inter Theologos contentio an præceptum de communicando sit Ecclesiasticum tantum, an etiam divinum. Et hoc secundum valde probabilis videtur, ut fuit Gavarius disp. 10. cit. q. 2. & expresse tenet Scotus 4. dist. 1. q. 2. quia Christus Io. 6. expresse dicit, se velle sumi in Eucharistia à quolibet Christiano illis verbis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis, ubi loquitur Christus de manducatione, & potatione vera, reali, & sacramentali; & cum non loquatur de necessitate medi, quia hoc est sacramentum vivorum, sequitur, quod de necessitate præcepti sit intelligendus; Ecclesia verò tantum præscripsit tempus, in quo fideles communicari debent semel in anno, scilicet, in festo Paschatis;

In festis, hoc sacramentum esse necessarium etiam necessitate medi, & simpliciter, quia sicut se habet, cibus corporalis, & materialis ad vitam corporalem; ita panis Eucharisticus ad vitam spirituales; sed cibus corporalis est simpliciter necessarius ad vitam corporalem; ergo & spiritualis ad vitam spirituales. Confirmatur quia Eucharistia in aliquo casu confert primam gratiam, quando scilicet, attritus bona fide accessit cum invincibili ignorantia peccati oblii ad Eucharistiam, ut constat ex dictis art. præced. ergo est etiam necessaria necessitate medi, nam que conferunt primam gratiam, sunt hoc modo necessaria, ut dictum est.

Resp. Eucharistiam non comparari cibo materiali quoad necessitatem vite simpliciter, alioquin in omni atate, & tempore firmenda esset, quod tamen Ecclesia verat, sed tantum quoad augmentum vite, & ejus conservationem, quare cum hic cibis spiritualis ad alendam vitam gratie ordinatur, que non nisi per actionem mealam dependitur, que fit libera, non erit necessarius, sicut cibis materialis. Ad Confr. concessio antecedente negatur consequentia quia ut esset necessaria necessitate medi, deberet per se, & ex prima sua institutione ordinari ad primam gratiam conferendam, quod est falsum, quia hæc confertur, nisi per accidens, & ex secunda ratione in qua instituitur, ut patet art. cit. & hæc sufficienter de sacramentis in genere.

DISPUTATIO SECUNDA DE BAPTISMO, ET CONFIRMATIONE.

QUESTIO PRIMA.

Quo tempore fuerit institutum Baptismus, & quando ceperit esse sub præcepto.

Supponit questio, baptismum fuisse verè, & immediate ab ipso Christo Domino institutum, ut ex verbis ipsius deducitur expresse Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Sp. Sancto, non potest introire in regnum Dei, & Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & querit de tempore, quo fuerit institutus, an ante, vel post passionem, & resurrectionem institutum fuisse, quod Apostolus dixit loc. cit. Mattheus. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, pro quo plura extant Patrum testimonio Leonis Pape, Tertullian, Theophil. Chrysof. Rupert, & aliorum, quam proinde fecuti sunt Alerius, Albertus, Malton, Canus, & alii antiquiores. Secunda sententia jam fere communis in Scholis oppositum docet, baptismum, scilicet, fuisse à Christo institutum ante ipsius passionem, licet adhuc de tempore non conveniat, quo ante, vel post passionem Christus hoc sacramentum instituit.

Deinde supposito, quod baptismus fuerit ante Christi passionem institutus, ulterius queritur, an eo ipso exierit obligare statim ac fuit institutum potius solum post Christi resurrectionem; & quamvis etiam omnes in eo convenire videntur, quod baptismus obligare non cepit ante Christi mortem, sed tantum post eius resurrectionem, discordant tamen in assignando tempus institutionis post mortem D. Thom. 2. 2. q. 86. & 2. 2. q. 103. art. 3. cum sit discipulis docet baptismum fuisse sub consilio usque ad passionem, & postea factum sub præcepto. Scotus verò cum suis, quem sequitur Suarez cum aliis Recentioribus s. p. tom. 3. d. 27. s. 4. docet, baptismum non obligare ante solemnem eius promulgationem in die Pentecostes, & prius fuisse sub consilio, postea sub præcepto, Ita 4. d. 3. q. 4.

ARTICULUS PRIMUS.

Deciditur questio quoad primam partem.

Decidendum est, baptismum fuisse à Christo institutum ante mortem, licet certum tempus assignari non possit, in quo fuerit facta ista institutio. Ita Scotus loc. cit. ab initio quæst. ubi Faber, Hiquerus, Arcerius, Centinus, Poncius, Brancacus, & ceteri Scotilæ, ac Recentesiorum, Hinc conclusionem probat Doctor ex ipsa Evangelica narratione Ioan. 3. ubi cum expresse legatur, Christum esse suam passionem per discipulos baptizasse, nulla est ratio negandi, baptismum fuisse ante eius passionem institutum. Nec valet expositio Patrum pro opposita sententia citatorum dicentium, Apostolos tunc baptizantes non dedisse illam baptismum, qui est sacramentum in nove legis; sed eundem, quem dabat Io. Baptista, vel aliam, qui esset solum figura, & quasi inchoatio baptismi à Christo instituti. Non valet, inquam, hæc expositio, quia ut inquit Scotus loc. cit. & prænotavit Aug. epist. 1. 18. & Tolet. in c. Ioan. annot. 32. videntes discipuli Ioannis discipulos Christi baptizantes conqueuti sunt apud Ioannem, quod aut sint baptizate, si autem baptizati essent apud Ioannem, nullam habuissent causam quærelæ, quod Apostoli baptizarent baptismum Christi; ergo Apostoli non dabant baptismum Ioannis, sed alium omnino divinum à Christo institutum, quem Scoti rationem late profert Suarez d. 19. s. 1. Nec etiam bene dicitur, illum baptismum fuisse quidem à Christo institutum ante passionem, non tanquam verum, sed solum tanquam figuram, ac veluti inchoationem baptismi inchoatè instituti. Et enim conveniens non eratur Christus ipse in coltus adventu umbre, & figure, omnes esse debent uteretur baptismum, qui esset solum umbra, & figura veri sacramenti, quia baptismus ille dabatur in Spiritu Sancto, ut ipse Ioannes Baptista attestabat; ergo gratiam conferebat, & verum erat sacramentum.

Constat autem ex congruentia ab Aug. allata, cum enim in ultima Cena Apostoli fuerunt Sacerdotes instituti, & Sacramento Eucharistie refecti; supponi debet, iam esse fuisse baptizatos, & factos habiles, & idoneos per janam sacramentorum ad prædicta sacramenta recipienda, quomodo enim, inquit Aug. poterant Eucharistia, accipere non dum baptizati; & plane, cum hoc sacramentum ad reliqua omnia sit ianua, & sine quo iuxta legem à Deo statutam nequeunt aliorum sacramentorum effectus participare, quomodo fuit institueretur ante sacramentum Eucharistia; & Ordinis, quæ duo Sacram. in ultima Cena ex Trid. sess. 22. can. 2. instituta fuerunt. Et quidem est mera evasio quorundam dicentium, Christi

sum in ultima cena cum suis discipulis dispensasse, ut in illis Baptismi sacramentum ad cætera non supponeretur. Hoc in, quam, sine ulla propterea fundamentò dicitur, cum nihil cogat id affirmare; & cum videamus, hunc ordinem etiam in ceteris sacramentis servatum fuisse, nam prius fuerunt Apostoli ad Sacerdotium ordinati per illa verba, in eadè ultima cena, Hoc facite in meam commemorationem, quam potestatem abolendi à peccatis acceperunt, cum hæc solum post resurrectionem acceperint à Christo, quando eis dixit, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, sine ulla fundamento diceretur, in baptismi institutione servatum non fuisse.

Quod verò nequeat assignari ex Scriptura certum, ac determinatum tempus, quo ante mortem Christi baptismus fuerit institutus, probat Doctor testando singulos dicendi modos; Quod enim communiter dici solet, fuisse proprie institutum, quando Christus in Iordane à Ioanne baptizatus est, non sufficenter probat, quia Christus Dominus non fuit baptizatus fuisse, sed baptismum Ioannis; bene tamen, ait Doctor, tunc aquam dedicavit ex contextu suæ mundissime carnis, tanquam sui baptismi idoneam materiam, quod quidem non in eo sensu est intelligendum, quasi contextu suæ carnis tunc Christus aliquam virtutem mundandi, communicaverit aquis; sed illa sanctificatio aliud non fuit, nisi ordinatio, seu designatio, qua Christus ordinavit, & dedicavit aquam, tanquam sui baptismi idoneam materiam, neque dici potest, fuisse institutum per verba illa Nicodemæ dicta Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. quoniam generale præceptum omnibus necessarium, & solemne, quale est baptismi sacramentum, decens non erat institui coram privata persona, & eo vel maxime, quia per Nicodemum talis baptismi institutio promulganda non erat, quæ concludit Doctor, quod licet institutio baptismi fuerit facta ante mortem Christi, tempus tamen præcisum, & determinatum in Evangelio non legitur.

Resp. Vasquez disp. 140. c. 6. id expresse ex Evangelio colligi, quia cum Io. Baptista Christum baptizare recusat, & diceret, ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me, Christus replicavit, sine modo, quam diceret, nunc me baptizabo, quia postmodum in eoque baptizabo; unde colligitur, quod Christus immensum post Ioannem baptizavit, atque ideo tunc fuit baptismum institutum.

Ceterum neq; ex factis, neque ex verbis baptismi institutum satis constat, tunc præcisè fuisse ab eo institutum baptismi sacramentum, neque hoc in Evangelio naturatur. Nec verba illa sine modo, convincunt, Christum immediate post baptizate Ioannem, atque adeo constituisse, & constituisse suum baptismum, quia verissime est, Christum presentibus aliis, & presentibus Ioannis discipulis fuisse ab eo baptizatum in Iordane; si autem Christus, tunc receptum baptismum Ioanni tribuisset, nullum adesset fundamentum quærelæ discipulorum Ioannis de baptismi ministerio à Christo, vel eius discipulis, cum iam viderent ipsam Ioannem à Christo baptizatum. Hinc Strada in 19. sess. 2. Coninch. quæst. 66. ar. 1. & alii Recentiores inquit, verba illa sine modo, non esse cum tanto rigore accipienda, ut in eo temporis articulo baptismus fuerit à Christo perfectè, & adæquate institutus, quia tunc non adhuc Christus suam inchoatam institutionem, nec discipulos habebat, quibus fuisse quodammodo inchoatam, & præsignatam baptismi institutionem, non quod tunc facta fuerit talis institutio, sed dedicata baptismi materia in contextu suæ sanctissime carnis, Acedit quod Aug. serm. 2. Dominice infra octavam Epiphaniæ, in longè diverso sensu verba illa sine modo, interpretatur; commemoraverat enim Ioannes auctoritatem, & potestatem Christi, qui suum baptismum daturus erat in Spiritu Sancto, & in se ipso nullo indigebat baptismum, unde hæc commemoratio non redarguens Christus inquit sine modo, quali dicere vellet, inquit Aug. sic decet, non omnem implere institutum. Quamvis ergo per sanctificationem illam aquam etiam tunc dicitur aqua sufficit, tanquam materiam huius sacramenti, hoc tamen non sufficit, ut dicatur adæquate, & perfectè hoc sacramentum fuisse institutum; quia non constat, ex Evangelio tunc determinasse formam, quod necessarium esset, ut sacramentum baptismi tunc censetur institutum.

Respondent, tunc non tantum designatam fuisse baptismi materiam per aquam sanctificationem, sed etiam designatam fuisse formam, nam vox Patris audita est, Filius apparuit, & Spiritus Sanctus in forma columbe, & effectus eius, qui est dare gratiam, seu Spiritum Sanctum, nam tum Coeli dicitur apertus, & Spiritus Sanctus in ipsum descendit; nil ergo tunc defuit ad huius sacramenti institutionem, quia tunc sacramentum confertur perfectè institutum, quando determinatur materia, forma, & effectus ipsius. Sed falsum est, tunc designatam fuisse formam baptismi, quia vox illa tunc audita nihil habet convenientiæ cum verbis, ad formam baptismi requisitis, nec illa verba à Christo prolata fuerunt, qui tamè